

- [Dum **facit**¹ **ingenium**], **petite** hinc **praecepta**, puellae,
 [quas pudor et **leges**² et sua **jura**³ **sinunt**]./
Venturae memores jam nunc **estote**⁴ **senectae** :/
 60 sic **nullum** vobis **tempus abibit iners**./
 [Dum **licet**,/ et **vernos** etiamnum **educitis annos**],
ludite :/ **eunt anni** more **fluentis aquae** ;/
 nec [quae **praeteriit**], iterum **revocabitur unda**⁵,/
 nec [quae **praeteriit**], **hora redire potest**./
 65 **Utendum est** aetate :/ cito pede **labitur aetas**,/
 nec **bona tam sequitur**, [quam **bona prima fuit**]./
Hos ego, [qui **canent**], **frutices violaria vidi** :/
 (hac /mihi/ de spina) **grata corona data est**./
Tempus erit, [quo tu, [quae nunc **excludis amantes**],
 70 **frigida** deserta nocte **jacebis anus**],
 [nec **tua frangetur** nocturna **janua** rixa],
 [sparsa nec **invenies limina** mane rosa].
 Quam cito (me miserum !) **laxantur corpora** rugis,
 et **perit**, [(in nitido /qui fuit/ ore)], **color**./
 75 [[**Quasque fuisse** tibi **canas** a virgine] **juras**⁶],
spargentur subito (per caput omne) **comae**./
 Anguibus **exiit** (tenui cum pelle) **vetustas**,/
 nec **faciunt cervos cornua jacta senes** :/
nostra (sine auxilio) **fugiunt bona** ;/ **carpите florem**,
 80 [qui, [nisi **carptus erit**], turpiter **ipse cadet**].
Adde [quod et **partus faciunt breviora juventae**
tempora] :/ continua messe **senescit ager**./

¹ Le sujet de ce verbe est Vénus, qui vient de demander au poète d'instruire à présent les femmes. *Ingenium facere* : donner de l'esprit, inspirer

² Allusion à la *lex Julia de adulteriis coercendis* (18 avant JC)

³ Les droits traditionnels qui exemptent les affranchies de la nécessité de se plier aux *leges Juliae*

⁴ Impératif futur, 2eme pl.

⁵ Construire *nec unda quae praeteriit / nec hora quae praeteriit*

⁶ Construire *comae [quas juras tibi fuisse canas a virgine]* avec proposition infinitive intégrée dans la relative : ces cheveux, dont tu jures que tu les avais blancs depuis [que tu étais] petite fille